

instrumentum. Quamquam tanta ista non sunt, ut certum aliquod iudicium ferendum suadeant de forma huius musici instrumenti.

Tympanorum, Cymbalorum, & Sistrorum &c. varia genera.

Tympana æque omnia uno generali nomine apud Hebræos *Tuph* appellantur; unde Græcum, & Latinum Tympanum. Vetusissimum esse instrumentum verba Labani ad Jacob Gen. 31. 27. demonstrant: Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequeretur te cum gaudio & cantibus, & tympanis, & tibis &c.?

b Judic. 11. 34.

* Exod. 15. 20. c Job 17. 6. & 21. 11.

d Isidor. Orig. lib. 2. cap. 21. Tympanum est pellis vel corium ligno ex una parte extensum, est enim pars media in similitudinem cribrum.

Tympana habet Cybele sunt & mihi tympana cribrum.

Sed vetus tympanum, cuius in bellis publicisque solemnibus, maxime Bacchi usus erat, ad nostra tympana magis referebatur, nisi quoddam formæ esset minoris. Non abs re suspicor, *tuph* sive tympanum vetus Hebræorum ad parva illa tympana accessisse, modo etiam apud Turcas & Arabes in bellis, & publicis solemnibus obtinentia. Fœminæ apud Phrygas Festum Matrum Deorum agebant, tympana & manu & virgulis æreis pulsantes; ita enim moris erat ludere instrumento. Catullus de Nuptiis Pelei & Teichidis.

Plangebant alii proceris tympana palmis, Aut tereti tenuis tinnitus are ciebant.

Eadem insinuat Lucretius, simul designans undique, & per circuitum tympana pulsari.

Tympana tenta sonant palmis, & cymbala circum

Concava &c.

e Clemens Alexand. Stro. lib. 2. pag. 164.

S. Clemens Alexandrinus (e) author est, Aegyptios tympano usos fuisse in bello; Arabes verò cymbalo; cuius figura ad nostra accedebat, quamquam minus esset mole, ut supra insinuavimus. Uniones illæ, quibus una tantum est facies, & ab ea rotunditas, æreis plantis, ob id tympania appellantur, ait Plinius lib. 9. cap. 35. Tympana, quorum nunc in bellis usus, re-

centissima quidem in Europa, vetustissima in Oriente ferebantur. Salmoneus, de quo in fabulis (f); tonitru Jovis exprimere artificio aliquo molitus, post carrum suum tympana trahebat, quorum supra cavum ventrem extenta pellis porrigebatur. Plutarchus tympana Persarum in Vita Crassi depingit, quos populos neque cornibus, neque tubis classium cecinisse testis est Arrianus (g); tradens ejus loco usos lancibus quibusdam amplioribus cavisque, extenta supra pelle æneisque clavibus defixâ contectis. Percussa undique lances illæ durum quemdam horribilemque sonum instar tonitru reddebant. Ampliora illa tympana in Hispanias Arabes attulerunt. Cùm Ladislaus Rex Polonia Legationem quandam in Galliam misisset A. 1457. ejus Legatos substituisse Nancii refert Author Chronici Lorensis, ibique admiratos ampliora illa tympana quæ imposta equis veherentur. On n'avoit ni mi onques de des tambourains comme des gros chauderons, qui ils faisoient porter sur des chevaux (h).

Zalzelim à Septuaginta, & Vulgata reddunt *cymbala*; & quæcumque tandem illa essent instrumenta, validum planè sonum longius auditum edidisse, satis in Scriptura insinuat (i). Erant in Aegypto quædam aliis quibusdam instructa (k). Nomen illud ex radice derivatur sonante, acutum aliquem sonum, quo aures tinnitu pulsantur [l]. Hæc de Zalzelim Scriptura. Recentiores Interpretès plerique reddunt *Sistrum*, quam controversiam nos in medio relinquentes, an scilicet vox illa *cymbala* potiùs vel *sistrum* significet, utrumque instrumentum describemus.

Cymbalum vetus æneum est instrumentum instar pileoli acutissimè fridens. Porrò duo cymbala, alterum dexterâ, alterum sinistra manu apprehensa contra se agebantur; Cymbala dant sicut sonitum, ait Ausonius Ep. 25. Quod verò commode apprehenderentur, faciebat sive annulus pollicis, vel anfula summæ manni inferendæ, vel prominens aliquid in vertice instrumenti instar cuspidis. Celebris eorum usus potissimum in solemnibus Bacchi, & Cybeles, quemadmodum in Tabulis pompas illas exhibentibus adhuc spectatur, & Horatius lib. 1. Od. 16.

Non acuta Sic geminant Corybantæ ara.

Ita pariter nostram hanc sententiam S. Isidorus Orig. l. 2. c. 21. confirmat. Cymbala acetabula quadam sunt; quæ percussa invicem se tangunt, & sonum faciunt. Obtenent hodie pariter apud Armenos in eorum Liturgiis; cymbala enim cantantes affricant & simul invicem agunt (m). Sistrum familiare Aegyptiis instrumentum figurâ ovali, sive arcuatum instar hemicycli habens verticem, utroque latere longius descendens ad modum balthei; transversum autem secant æreæ quædam virgulæ ita lateralibus instrumenti parietibus utraq; extremitate insertæ; ut simul virgulis quibusdam metalli agitata gyrarent & gylando sonum acutum ederent stridentemque.

f Apollodor lib. 1. Biblioth.

g De bello Ci. vili Rom.

h Nullibi gentium spectantur tympana ad ingentis aheni modum quibus sarcinis equonearentur. i Psal. 40. 5. k Isai 18. 1. l 1. Reg. 3. 2. Vide & 4. Reg. 21. 12. & Jerem. 19. 3.

m Roger. Terr. Sanct. lib. 2. cap. 7. pag. 303. & 418. & D. Bernard. de Mont. sancto not. 17. tract. Theba. pcut. Galli.

Isaïas agitans Mærotica sistra tumultus.

Idem instrumentum designasse creditur Isaïas voce illa *zalzel*, *alatum*. Sistrum aureum in pompa Cybeles delatum ita describit Apulejus (n): Dexterâ quidem gerebat aureum crepitaculum, cuius per angustam laminam in modum balthei recurvatam, trajecta media pauca virgula, crispante brachio trigeminos jactus, reddebant acutum sonum. Plura ejus generis instrumenta inter cymmelia Eruditorum servantur. Sistri inventi honor Isidi tribuitur, cuius Sacerdotes in sacris Numinis ceremoniis sistra detulisse legitur apud Ovid. de Ponto.

n Metam. l. 11.

o 1. Reg. 18. 6.

p Itali Viola.

q Apud Athen. lib. 4. c. 23. p. 175. r Vide eundem lib. 14. cap. 19. pag. 636. s Athen. Ibid. Josephus apud Thom. Galles. not. ad Jambl. u Plato de Republica lib. 3.

ſactantem Phariâ tinnula sistra manu. Sebalschim aliud est musicum instrumentum, quod Septuaginta reddunt *cymbala*, S. Hieronymus *sistra*. Semel tantum occurrit in Sacra Scriptura, occasione triumpho Davidici prorelata à Gigante Goliath victoria (o). Fœminæ venientibus Sauli, & Davidi occurrerunt cum tympanis & sebalischim. Porrò vox illa derivatur à radice, quæ tres sonat. Sunt verò qui de fidiulari instrumento nomen illud interpretentur; alii triangone quoddam instrumentum malunt; alii sistrum. Qui nostræ ætate eo Lyrae genere, quod Galli *Vielle* (p), ludunt, solebant ad harmoniam jungere triangone quoddam è filo calybis instrumentum, cui inserti quinque annuli virgulâ quadam ferrè agitantur. Simul enim & annuli & instrumentum, quod anulum habens in vertice, dextrâ manu sustentatum in ære pendet liberum, agitati sonum edunt. Eiusdem instrumenti figuram quandam non triangonalem, sed in vertice ovalem, exhibet Pignorius de Servis pag. 88. cui plures annuli virgulâ metalli jactantur inserti sunt. Num cò spectant sebalischim Scripturæ?

De Trigono Musico quodam instrumento sermo est apud Veteres, quod è Syris Juba derivat (q); alii epithetum illi addunt Phrygiû, vel Persici (r). Novemfidibus instructum, plecro à puellis ut plurimum pulsabatur (s). Diogenes Tragicus apud Athenæum author est, Bactrianas & Phrygias puellas Diane Numen in atris nemoribus venerari consuevisse, pæfinae & trigono Persarum inter sacra ludentes. Josephos [t] Græcus Author tradit, Sacerdotes Aegyptios eodem instrumento uti in convivio & festis. Trigonom verò Plato de Republica sua exulare iusserat (u). Mihi tamen ea fiat sententia, quæ Hebraum sebalischim de sistro, seu de veteri illo instrumento triangoni, de quo in superioribus, interpretatur; melius enim cum illo quadrant omnia, quæ in Scripturis de sebalischim leguntur.

Supereft ut de *Mizlothaim* aliquid afferamus, cuius instrumenti frequens est in Sacra Scriptura mentio; & sonum accessisse credimus ad *Zalzelim* sive *cymbala*, supra à nobis descripta; utrumque enim nomen ex eadem radice derivatur. Porrò sonum edebat acutum & stridentem adeo, Dissert. Calmet. Tom. I.

ut longissimè pervaderet (x). Aream erat: usus ejus in Templo publicisque solemnibus. Reddi solet plerumque nomen illud, *Cymbala*; ut proinde quæcumque de cymbalis diximus, huc etiam referenda sint. Narrat Josephus Antiq. lib. 7. cap. 10. plura à Davide exere cymbala amplissima & latissima constata.

Alii verò eandem vocem, reddunt, *Tinninnabula*, quâ voce cave ut tinninnabula nostri moris designata credas; recentiora sunt enim; sed potiùs lances sunt quædam, quæ percussa tinnitu suo aerem longè lateque commovent. Narrant Musicum quemdam olim in Insula Isso coram frequenti populo cantasse, cum subitò dato signo vendendorum piscium tinninnabuli pulsu, facessere confestim omnes, Cantore solitario relicto, perseverante uno tantum surdastro, qui melos agris licet auribus captabat. Rei indignitate permutos Cantor, plura in populum iactare, auditorem verò, qui unus, cæteris ad pisces dilapsis, manserat, pluribus gratis cumulare. Interrogavit ille, num vendendi piscis signum tinninnabulo datum esset. Affirmante Musico, ille statim terga vertens ad pisces convolvit. Hanc sive fabellam malueris vel historiam, apud Strabonem (z) legas; quod tamen ab eodem Authore tanquam veteris aliqua historia relatum, instrumenti huius vetustatem probat. Narrat alibi idem Strabo lib. 16. tinninnabulum jumentorum collo suspendere, in moribus apud Troglodytas positum fuisse, cuius sono carnivora beluæ, ne quid nocerent, arcerentur. Solebat alicubi tinninnabulum vigilantis super excubias tradi, quo scilicet experrectas illas haberet (a). Porrò de tinninnabulis sermo est apud Dionem, Polybium, Plutarchum, & Josephum.

Ut quid verò aliena pro vetustate tinninnabulorum quærantur, cùm apud Moysem suppetant, cuius iussu extremis tunice Summi Sacerdotis Judæorum limbus tinninnabulis ornabatur (b)? Addebantur pariter & phaleris eorumque, qui belli usibus parabantur, ut scilicet fragori assueferent (c). Zacharias morem hunc designare videtur (d), futurum prenuncians, ut clamari contingat super *Mizlothequi*, clamari, inquam, hæc verba: *Sanctum Domino*; i. e. aurum omne argentumque, quo phaleræ eorumque ornantur, eorumque *mizloth* sive *mizlothaim* præ cæteris Deo consecrabantur. Equus qui tinninnabulum non audisset, dicebatur apud Græcos equus belli usibus ineptus, quippe qui tinninnabulo aures non attemperaverat, quo scilicet equi ad sustinendos belli tumultus fragoresque formabantur (e). Probatur itaque mihi ea vocis *mizlothaim* interpretatio, quæ de tinninnabulo magnos coetus populi indicente dictam usurpat. De forma ejus instrumenti nihil in Scriptura.

Hæc suppetebant, quæ de hoc argumento scriberemus, pauca sanè; sed argumentum tractamus, in quo solas attulisse non inverosimiles conjecturas satis reputandum est. Peritoribus interim, quæ libavimus tantum, relinquimus perficienda.

x Par. 15. 19.

z Strab. lib. 14. 253.

a Vide si lubet, Henric. Steph. Thesaur. in Codonophoros, & Aristoph. in Avibus.

b Exod. 28.

c Vide Scholia. Aristoph. in Ranis & Henric. Stephan. Thesaur. in Codonophoros & in Codoni. 20.

d Zach. 14. 20.

e Etymolog.